



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Or[at]ionem primam in funere Cardinalis Florentini

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

IN FUNERE CARDINALIS FLORENTINI
 POHGII FLORENTINI ORATORIS CLARIS-
 simi Orationū Liber. Et prima in funere D. Fran-
 cisci Cardinalis Florentini habita.



T si plurimo luctu doloreq; impediatur P. C. quem
 ex optimi pstantissimiq; viui morte unavobiscum
 suscipio: in non doloris tantū mei/quantū officia-
 tionē me habet opter. Celebrat hodie funus hois
 sanctissimi/deoq; optime meriti: gl'esi hoc
 loco deessem/vereor ne ingrati nomē subire. Itaq;
 in publicū munus/qd' ex. emū a nobis mortuo p-
 statur: estimati mihi etiā priuatū aliqd' honoris es-
 se a d'icendū. In quo si vobis minie fatillitudo: nū-
 quid illius amplitudini q̄ maxima est debeatur. Sed
 quid facultas mea dicendo cōsequi possit / animū
 q̄so advertite. Illud em̄ arbitrat'us sum: cū hæc que
 in mente veniūt paucis recensuissim: & satisfaci-
 rum me desiderio meo: & simul q̄si materiā quan-

dam p̄biturū reliquis maiora atq; ampliora quædā dicendi. Non em̄ uti-
 nere orōnis/nō mediocri eloquentia v̄tus sūra cōtenta est: sed postula-
 genū/atq; exquisitū & eximū dicendi genū. Nam per immortalis dei religionem
 cuius hic fuit propugnator accerrimus: quis nisi singulari ingenio & eloquentia pe-
 ne diuina/illius possit in omī vita laudes non solum ornare verbis/ sed enumerari
 one complecti. Multos vidi: multos cognovī ip̄e ætatis nostræ excellentes viros/
 qui p̄diti essent unaquap̄ā virtute singulari: in quo vero omēs virtutes/ oēm vim
 suam expressissent / præter hunc cognovī neminē. Nam siue studia doctrinæ / &
 omnem scientiam rerum quam sapientiam vocant: siue prudentiam / humanita-
 tem/fortitudinem/ liberalitatem/ gratitatem morum quæseris/ & vitæ integritate
 tem: proculdubio nullam reperietis cum hoc viro (pace aliorū dixerim) ne hono-
 go quidē interuallo comparandū. Quare a vobis peto P. C. ut cum pauca de ip̄i
 us vita & moribus prout tempus fert dixerō: me de virtutibus suis dicentem be-
 nigne sicut cepistis/ attenteq; audiat. Ortus est Franciscus ex Patauo ut lūis
 urbe inter Italas longe antiqua & nobili: parentibus honestissimis ac se dignis.
 Quorum diligentia sanctę domi nutritus: cum primum per ætatem licuit/ ip̄o
 te sūra totum se litteris dedit. Et cum varia essent genera discendi in quibus multa
 cum laude posset versari: tamē præclarissima atq; utilissima vitæ mortalū cum vi-
 deret iuris scientiā/ac legum: omnē suam curam ad illas contulit atq; in eis ita ex-
 cellens evasit: ut non solum nostri/ sed etiam superioris temporis homines longe an-
 teiret. Nec tamē alia studia neglexit. Nam propter acume mentis atq; ingenij/ ad-
 didit quoq; ad legum scientiā & reliquarū artium cognitionē. Adolescentiā tanta
 modestia cōposuit: ut iuvenili ætate autem obtineret senū. Lascivias omēs & blā-
 dimenta corporis/ quæ illa secum fert ætas: adeo est aspernatus/ ut perpetuā ele-
 gerit servaueritq; castitatem. In quo non mortalitū/ sed cœlestiū imitatus est naturā.
 Cum vero ad virilem ætatem peruenisset: existimans non solum sibi se natū esse/
 sed procreatū quoq; ad utilitatem cæterorū: palam cepit docere: non tam quæritus
 gratia: quem semp̄ ille contempsit/ ac pro nihilo habuit: q̄ officij & cōmunis utili-
 tatis: quo laborū suorū fructus ad multos pueniret. Igitur ex ip̄ius schola veluti
 ex uberrimo fonte sapientiæ/ innumerabilis præclarissimi viri emerere. Concur-
 rebant ad eum undiq; ex toto fere terrarū orbe qui recte sapere volebant: quia nō
 solum noticia legum/ quod ip̄m erat fatis: sed quod est egregius vitæ exemplo

Ortus car.

Studiū eius

vitę castitas

trebantur. Natis enim ad decus & honestatem vir sanctissimus: in primis habuit precipuam curam virtutis colendae: nec minorem vitę bene agendę ratione habuit: quę comparandę doctrinę. Summa integritas / continentia / grauitas / vitęq; moderatio adeo in omni vitę decorum illud seruauit: ut ne leue quidem dictum fas eum in eo reperitur indignū viro bono & graui. Natura fuit demens: ut qui nihil tam obliuisceret quę iniuriam. Mores faciles ad lenitatem proueniunt. Nam seueritatem magis ex disciplina contraxerat / quę natura. Benignitate atq; humanitate fuit tanta / ut omnium videret quasi cōmuni parens. Patuit semper ad eum aditus / etiam minimis. Audiēbat benigne omnes: comiter respondebat. Vultu erat grauis / sed cui inesset multę banitas. Sermone lepido ac facundo: quo usq; adeo delectabatur: murmur ex eius ore melle dulcior (sicut de Nestore inquit Homerus) fluere videbatur oratio. Amavit saepe facetias ac iocos verborum / animi relaxandi grā. Nam vel ludendi / vel exercendi corporis nullam habuit curam: præter quę iucundę: cui in adolescentia ad valitudinē aliquando / idq; modice indulserat. Beniuolentia in discipulos suos tantam ostendit: ut quos videret pronos ad virtutem (nam virtuosus hominem se præbuit acerrimū) haberet loco filiorū: quos fouebat / erudiebat / enutriebat non secus ac boni frugis parentes solent. Quod autē meo iudicio plurimū ex illis mandū est / simplex fuit & aptus: nullius rei simulator aut dissimulator / sed cultor veritatis. Vnde illud Socratis semper in ore habuit: facile homines ad virtutem euasuros / si tales esse cōparent quęles vellent videri. Cibi fuit parcissimus: & modici somni. Nam lucubrabat assidue lectioni intentus. Tēpus em per se cordiā diffundere nō sinebat. Præter hæc disputabat frequenter in scholis ingenij acutiendi grā: quo stus & diligentia incredibile est rerum omnium scientiā cōsecutus. In hoc octo & videri dicitur versatus: cum eius nomē longe lateq; ferret. Erat autē ingens tum prudentie / tum probitatis sue cōstans fama. Eos etiam qui nunq; eum vidissent / ad se diligendū alliciebat. Igitur plectus est Ioānes qui tum erat pontifex maximus: ut eum ne quicquid tale expectantē præficeret ecclie Florentię: ecclie in quā eius urbis quę inter ceteras potissimū floreret: ut non tū episcopi nomine eum cōhonestare vel leuideret / quantum titulo magnificentissimę ciuitatis. Cui a deo charus fuit: ut nūc quoq; Francisci episcopi nomen in ea sit celeberrimū. Inde cōsiderans pontifex non satis esse factū vel virtuti illius / vel hominū cōceptę opinioni: apud Cardinalem appellatus fuit Florentinū. Et quod multi precibus / diuitijs / ambitione / quidam nobilitate & virtute maiorū / nonnulli noie adepti sunt: hic virtute propria adeptus est: cum hanc tam insignem dignitatē nullius in cessione / ultro ad eum Pontifex detulisset. Nam in quo virtus erat / reliquę vero omnia adesse putabant. Non em postulantibus amicis / nō partem cōrenti / nō imaginibus maioris / non opibus tributū est decus illius honoris: sed sapientię / virtutis & sanctimonie vitę: quibus tunc Romana ecclia permaxime indigebat. Magna laus accessit Pontifici: cum intelligerent homines in virum bene meritū (quod raro admodū videmus fieri) collatam esse amplissimā dignitatē. Illa quidem vere appellat dignitas / quę confert ultro in hominem dignū: non quę precibus aut potio est emendicata. Hinc misericordiam eius viri probitatē cognoscite. Solent hi sublimēs honores ac subitanei paulū inflare homines / & insolētiōres reddere. Difficile est em in rebus secundis ac magna licentiā non egredi officij metas. Adeo quidam effertur: ut ne dum alios / sed ne se ipsos quidem satis cognoscant: priorū familiaritatē obliuiscuntur: nec comparant nouas. Non qui ipsi sunt respicientes / sed quid possint: non bonorū ac malorū / sed diuitum & pauperū discrimen habentes. Ita priores mores exuunt: ut merito Circes pocula sumpsisse videantur. At vero Franciscus noster longe absuit ab istorū peruersitate. Nihil de anteriori consuetudine immutauit. Nihil elatus est. Cōseruauit se integrū. Humanitatē vero / clementiam / ac liberalitatē etiam auxit. Nam quo plus poterat / eo diligentius incumberebat: ut

Socrates

Ep̄s Florentinus sc̄us

Cardinalis appellatus

IN FVNERE CARDINALIS FLORENTINI

plurimis ferret fructum. Tunc em maxime bonitatem exercendam esse dicebat
 cum bene agendi partem haberemus; quae raro Principibus deesse solet. Vere
 res amicos adeo dilexit; ut ne quorundam imutatione animi ipse suum mutante
 dignitatem auctam esse dicens non personam. Non in fastu; non in pompa & ostentatione
 decorem dignitatis sitam dicebat; sed placabilitate animi ac mansuetudine.
 Itaque is unus erat maxime ad quem docti homines & musarum amici sine fastidio
 stomacho possent adire. Huius si vellem sigillatim discutere actiones suas; & laudatores
 quos pertulit tum pro multorum salute conseruanda; tum pro communi causa
 Christianorum recensere; longa mihi esset habenda oratio. Illud praeterga vereor; ne
 quo plura enumerem illius beneficia; eo magis recrudescat dolor; qui & me impedi-
 pediat a dicendo; & vos reddat in audiendo tardiores. Quia obrem pertran-
 ea quae ad singulos spectant; & cum alio festinet animus; ea solum percurrat quae
 pinent ad publicam causam. quae licet vobis sint notissima; tamē absque ignorantie
 culpa nequeat permitti. Nam simul ut est factus Cardinalis; videns se in publico
 concilio conuocatione delectum; omnem quoque meditationem suam in promotione
 causae publicae collocauit. Quod & multis in rebus antea ostendit; & tunc praesertim
 cum ad deligendum locum pro presenti concilio missus est. Nam fuit in primis
 auctor huius loci statuendi; qui discordijs & dissentionibus fidelium fatalis esset futurus.
 Quia in re licet paulisper eum opinio sua fessit; tamē non rerum extenuatione
 tienda sunt consilia hominum; sed ratione. Nam ut Cicero dicebat; obibat; Recta sententia
 ne iniuncta quidem causa vitupanda est. Ille tamē qua mente delegente hunc
 locum postea designauit; cum neque aperta odia multorum; neque quorumvis dissimulato-
 rates extimesceret; quo minus institutum iter ad ecclesiae unitatem prosequeretur. In
 quo utinam plures nactus esset imitatores constantiae; siue non hic tam diu haesit-
 remus; sed loco constituto. Cum iam temptus praescriptum propinquaret; Pontifex
 autē partim dubitare videret; partim tergiversari; quae cohortationes suae fuerunt
 quae preces; quae monitiones; cum se solum huc venturum diceret; ne falleret promissam
 fidem. Quo postquam ventum est; quid ab hoc praetermissum; quid non actum
 summa cum diligentia; ut he radices scismatum quae longius creuerat; funditis eisdem
 leretur. Nullum tempus ab hoc negotio sibi vacuum dedit; nunquam desinit; nunquam
 cessa uit sollicitare; instare; exequi omnia quae essent ad pacem; & discidium submo-
 uendam. Eius praesentia tamen in omni re valebat; ut nihil agi posse videret ubi ipse non
 esset; qui & celeriter res animo comprehendere; & facilliter posset concilio explicare.
 Itaque deputabat fere ad singula; verbaque eius pro sententia habebant. Illud vero
 summe laudabat; quae ea quae multi varijs ex causis dicere nesciret; solus hic apte lo-
 queretur. Nemo enim liberius in hoc concilio locutus est unquam; nemo fidentius. Deum
 plus verebatur quam homines; animae salutem corpori preferens. Huius tantum in rebus agendis
 valuit auctoritas & sollicitudo; ut si verum fateri volumus; necesse sit pontifi-
 cam partem exoptatissime unionis; quam manibus ipsis iam tenemus; nos huius
 viro acceptam ferre. Qui cum haec tam ampla iecisset fundamenta; praescribebat summo
 studio inceptum opus; atque id magna ex parte sua impensa absoluisset si longior
 fuisset vita. At illud cum superioris premegeisset; optime in extremi actus ut
 boni poetae solent perfectione laborantē fata interceperunt. Nec vero dubium est
 quin si vixisset diutius; summo sacerdotio functus esset. Nam omnes summi in huiusmodi
 mediocres culmen illud pontificium ad eum uno ore deferebant; illum maxime dig-
 num asseuerantes; qui ecclesiasticae rei publicae gubernaculum teneret. Expofuit
 vobis breuiter eius vitam tum bene institutam; tum exactam sanctissime. Nunc
 ad reliquam partem quae mihi de virtutibus suis proposita erat veniendum est. de
 quibus tamē parce ac modice dixeram. Nolo enim causam agere virtutum; sed Praesertim
 disci propriam bonitatem exponere; ut & honor debitus sibi reddatur; & reliqui ex

CICE.

De constantia
& integritate eius.

hac vultum suarum comemoratione incendant ad gl'iam, Hartum cum aliq' di-
cantur a sapientibus in agitatione mentis versari/ & veri perspicientia: aliq' in acti-
one in omnibus Franciscus facile tenuit principatū. Nam & sapientia & prudentia
fuit tanta/ quāta huius seculi nemo fere alter: ut oēm vitā cursum ad honesti nor-
mam duxerit. Primū quidem ome doctrinarū genus/ quibus in quibus fuit peritissi-
mus: Rhetorū pcepta summopere didicit: tantāq; a deo est in dicendo facultatem:
indagaui: cognouit: percepit. Vt em a gramaticis recedam: in quibus fuit peritissi-
mus: Rhetorū pcepta summopere didicit: tantāq; a deo est in dicendo facultatem:
ut orator bonus haberet/ etiam ab his qui aures in ea refatis habent eruditas. Au-
distis em per sepe illum verba faciētem: etiam ex tempore: quae magna est in ora-
tore difficultas. Audistis non oratōem / sed quasi fluitum quendam redundantē:
tum verborum copia/ tum grauitate sententiarum. Huic adiecit ornamenta gra-
tia/ & poetarum & historiarū cognitionem: quos magis tenebat memoria / q̄ hi
qui totam in illis aetatem cōsumūt. In logica vero cum multum operae posuisset /
contulit se ad philosophiā: ex qua iuris disciplina ut Ciceroni placet haurienda est.
Et cum uniuersam percepit: tum eam partem maxime quae pertinet ad mores / &
qua boni efficiunt viri: cuius institutis omnes actiones & priuatas & publicas accō-
modauit. Hinc vertit se ad Theologiam: in qua tantū studij posuit/ ut doctissimis
in ea viris compararet. Reliquis artibus quae liberales dicuntur tantum indulsit tem-
poris: ut de eis posset diserte copioseq; loqui. Erat em in ipso summa vis ingenij/ me-
moria permagna: legendi vero tanta cura ac sollicitudo: ut quicquid oculi a publi-
cis priuatisq; negocijs superesset/ id totum in lectione cōferret. Sed omnia mihi rite
consideranti genera studiorum/ nihil nobilius/ nihil maius videre ei tribui posse:
q̄ scientia iuris & diuini & humani: quam praeter ceteris tanq; peculiare fundum ex-
coluit atq; ornat. At quantū profuerit tum singulis/ tum uniuersis qui delectan-
tur legibus: praesertim pontificijs/ declarant cōmenta ipsius edita in eam facultate:
adeo comprobata omnium consensu: ut non interpret iuris/ sed tanq; Solon condi-
tor legum fuisse videat. Qua ex re una immortalē sibi gl'oriam & sempiternū
nomen paratū videmus. Nihil praeclearius excogitare potuit vir sapientissimus/ ni-
hil diuinius: q̄ nobis eius artis difficultates patefacere quae maxie salutaris & usui
mortalium esset necessaria. Nam sic habetote P. C. certum esse atq; exploratū: oēm
vitae nostrae rationem & actionemq; legum scientia & disciplina cōtineri. Nulla qui-
dem societas hominū/ nulla coniunctio/ nulla ciuitas constare posset: nisi guberna-
rentur legibus. quae recte consueuerūt a sapientibus appellari moenia ciuitatū.
Itaq; in eis qui plurimū excellent/ permagni viri haberi solent. Pulchrum est enim
& gratum omnibus: ut refert M. Tullius: in ea scientia laborare quae sit multis pro-
fuit: ut quae iubet ea quae faciēda sunt: prohibetq; contraria. Ipsae quoq; utilitate
ipse Tullius alio in loco maiorem immodū extollit. Inquit em. Hoc est vinculū di-
gnitatis qua fruimur in re publica: hoc fundamentum libertatis: hic fons aequitas.
Mēs & animus/ & consiliū & sententiā ciuitatis posita est in legibus. Vt corpo-
ra nostra sine mente sic ciuitas sine lege suis partib; ut neruis & sanguine & mē-
bris uni nō potest. Legum magistri magistratus / legum interpretes iudices: legum
deniq; omnes serui sumus/ ut liberi esse possimus. Quorsum igitur haec tam multa
de legibus: ut intelligant omnes quantas gratias debeamus ei iure qui ferme vitā
oēm occupauit/ tum in docendis legibus: tum in earū obscuris atq; ambiguis sen-
sibus enudandis. Neq; tamen legum magis q̄ morum fuit magister: nec iuris obs-
seruantiō q̄ aequitatis. Docuit autem quod potuit viuens. & cum cerneret vitae
tempus breue ac incertum: rerum vero difficultatem permagnam: effecit ut do-
ctrinae suae extarent monumenta: quibus faciliōr pateret ad discendū via. Dixi de
studijs scientiarū: venio nunc ad eam quae una virtus est in hoīm societate maxime
necessaria/ Prudentia scilicet: quae hunc maxime illustrauit. Quis em in exquirē-
tibus eius.

Nullius sci-
entiae exper-
tem fuisse,

Legū laus,

Tullius

Prudentia
eius.

dis consilij acutior fuit: solertior in capiendis: Erat in eo usus atq; exercitatio re-
rum plurimarū incredibilis. Multa tenebat preteritorij monumenta: antecedentia
connectens presentibus. Quid in re dubia factū esset opus/facile cōiiciebat. Nes-
mo ad eum consultor a dji (plures autē quotidie accedebant) quin sibi bene con-
sultum putaret. Erat animus in consulendo liber omī cupiditate ac perturbatione
vacuus. Itaq; tantam fuerat auctoritatē ex eo cōsecutus: ut si forte errore aliquo
(prout fert fragilitas nostra) paululum laberetur: tum proinde acciperent ad si-
ctum id esset summa cum ratione. Concepta erat opinio prudentie longo tempo-
re obstrueta: ut omīa ab eo optimo atq; exquisitissimo consilio & dici & fieri para-
rentur. Quare auscultabant ipius dicta tanq; oraculi cuiusdam omīa modo &
ratione metientis. Iusticiæ vero virtutum omnīū parentis (ut eas quoq; precum
quæ posite sunt in actione vitæ) amantissimus fuit & cōquissimus. Nihil ab eo
iniquè dictum reperitur: nihil impie factum. Vixit ad proscriptū rationis. Numq;
deflexit mentem ab equitate: numq; progressus est longius q; honestas dicitur.
Fidem semper inuiolatam seruauit. Neminem lesit unq;. Nullum afflicto iniuriar-
ne tunc quidem cum esset laesit. Quin multos ab iniurijs tutatus est. quos ho-
noris causa taceo: qui nisi his obstulisset/ingenti fuissent afflicti calamitate. Hac em
erat præcipua ipius & magna laus: ut nihil sibi antiquius existimaret q; oppresso-
rum causam suscipere ac tueri. Quid loquar de liberalitate eius ac beneficentia: Ve-
reor ne quis sit iniquus probitatis iudex: qui forte putet me offendēdi ingenij cau-
sa: hæc tam multa de Francisci virtutibus dicere. Atqui ita me omnipotens aucto-
ritas: ut vere & ex animi sententia loquor. Nil simulatū profertur: nil fictum. Nar-
rantur ista a me/ & quidem debilius q; rerum maiestas ac pondus requirat. Neg-
em esset quicq; tam magnificum dictū/quin id virtus superasset sua. velut hec
de qua loquor liberalitas maior erat/ q; a me verbis explicari queat. Non solū ho-
miliarib; subuenit & amicis quos senferat premi egestate: sed ignotos quoq; sub-
leuabat. Bona eius erant proposita omībus: præsertim his qui bonitatis speciem
aliquam præ se ferebāt. Scio em esse nōnullos ex his qui sunt quos inuit pecuniar-
cum eos admodū raro vidisset. Nulli postulanti denegauit. Inuitabat quoq; sæpius
ad petendum quos suspicabatur indigere: seipm defraudans & vitam suam
ut sustentaret inopes. Non em abūdabat opibus ut scitis / sed charitate & misericor-
dicia: quibus eos qui dicunt ditissimi superauit. Nullam rem magis detestatur
q; auariciam: quam malorū semen omnīū & causam esse dicebat. Illamq; Cicero-
nis sententiam usurpabat sæpissime. Nihil esse tam angusti animi/ q; amare diuiti-
as. Nihil honestius magnificentiūq; q; pecuniam cōtemnere si non habeas. Si ha-
beas: a liberalitate beneficiūq; conferre. Græco etiā prouerbio utebat. Amī-
corum inter se cōmunia omīa esse. Itaq; erat quasi quoddā asylum/ ad quod pau-
peres omīs honeste confugebant. Nam in referenda quidem gratia fuit diligenti-
simus. Imitatus agros fertiles/ qui plus semper reddunt q; acceperunt. Iam vero
modestia mortui/ victus temperantia/ cōtinentia vitæ ita in eo vigeant: ut numq;
ne paruula quidē nota eius fama labefactaret. Sobrietas peculiaris erat. Domus
sue frugalitatem magistrā & ducem habuit composite viuendi. Non sumptuo-
sis conuiuijs operam dabat non indulgebat delitijs: non luxui/ sed temperantia
& moderationi. Vtebatur quidem victu ornate: sed cōmuni. Paucis erat contentus
& his quæ essent ad naturæ sustentationem. Non arbitrabat se natum ad passum
& seruitutem ventris: ut plerūq; ex maioribus videmus: sed ad laudem & glori-
am & honestatem. Voluptates autem corporis (quas Plato malorum effas appo-
pellat) exhorrebat in omī vita/ tanq; exitialem ac perniciōsam pestem. Nam omīs
moderantiam grauitatemq; tantam seruauit: ut nullum verbum ex eo prodiret
non graue/ non plenū honestatis/ non dignum summe auctoritatis viro. Antea

Iusticia
eius.

Cicero.

Plato.

te nunc ad eam quæso/quam vos ipsi aperte conspiciebatis fortitudinem animi & constantiam. Nam si fortis est & constantis viri/non perturbari rebus asperis: sed prudenti animo uti & consilio: ut sapientes volunt: quis eo fortior/constantior reperiet: qui nullum horruît discrimen: nullum subterfugit periculum: nullam vim excutit: ne tunc quidem cum multi timerent/quo minus mente imperterrita constans & firmus esset in his rebus quæ sibi honeste videbant. Metus sæpe iniectus est: nunquã tamẽ ad eum peruenit. Homo ita erat ad virtutem institutus: ut neque fleeret precibus/ neque terrore ab recta sententia posset deturbari. Mitto vetera multa quæ longum esset referre. Quid ille paulo ante vobis inspectantibus fecit. Memẽ tot illius turbulentissimi diei P. C. & eum ponite ante oculos vestros illius temporis ut vere dicam tum illũ: cum frequentes omnium ætatum/ordinum/nationũ homines in illam concionẽ convenissent. Reuocate animis vestris grauitatem rei (de suprema enim salute agebatur) dissensiones & varias multorum sententias ac non nullorum trepidationem. Quis em̃ fuit vultus: quanta significatio animi & constantie: qualis illa oratio: quæ plena dignitatis & prudentiæ: Cum nunc moneretur: nunc hortaretur: nunc arciter obiurgaret eos/ quorum opera hi discordiarum fluctus excitabantur. Stupebant omnes: admirabant tantam vim dicendi fuisse in eo: quem propter aduersam valitudinem vix loqui posse credebant. Cygnea vox illa fuit: & futura: mortis presagium. Nam dixit luculentius quã antea unquã. Et postremis verbis clamans inquit: eam oronem suam fuisse testamentũ: cum sese ita comparasset: ut in unitate ecclesiæ vellet animam profunderẽ. O virtum ingentem/ & fama dignum immortalis: quænam tanta esse posset copia dicendi: ut te digne oraret pro meritis operum tuorum? Tu per fugium calamitosorum/ subsidium in opum/ bonorum sustentaculũ fuisti. Tu splendor Italiae/ decus nationum/ ornamẽtum concilij/ lumen sæculi extitisti. Tu sanctissimũ omnium virtutum exemplar ostendisti. Quid reliquis agendum esset exemplo tuo/ & vitam præclaram ipsa morte reddidisti: eorum gloriam & laudem adeptus qui quondã pro salute patriæ mortem obiere. Sic enim existimandum est P. C. continuis laboribus ac vigilijs quos nimios suscepit in ista reipublice procuracione/ & ultra quã ferre possent ætatis suæ vires hunc virum succubuisse. Ex quibus cum in grauissimũ incidisset morbum: victus amicorum precibus/ delatus est ad balnea vix respirans. Vbi cum paululũ recreatus videretur/ non expectauit firmam valitudinem: redijt ad opificiũ suum & labores cõsuetos. Nam tum flagitabat ab omnibus rebus suis: tum scelus putabat se commissurum/ si vltimo tempore deesset publicis cõmodis. Itaque redijt: & adeo inanis virum: ut opus esset si quem ad locum proficisci vellet/ aliorum manibus sustentari. Videbamus pallorem vultus: oris macilentiam: ac totius debilitatem corporis: non ut hominẽ: velut simulacrum viuentis/ & tanquã spirantis effigiem aspiciẽbamus. Mirabant quã in membris adeo infirmis/ tam firmã vigere mentem. Sed superabat animi vigor corporis imbecillitatem: & sibi pulchrum ducebat eo certamine oppetere/ ex cuius victoria pax orbi terrarũ parabat. Itaque cum vis morbi ingravesceret in diem: nullam autem sibi requiem daret: nihil sibi parceret: nihil indulgeret/ vigilando/ consulendo/ laborando: mole rerum ac lacessitudine confectus expirauit. Atque ita expirauit ut nequeam recordatione illius temporis quo reddebat animã continere lachrymas. Oculis ipsis & aspectu nos hortari/ & lachrymas quas plurimas fudit cõmonefacere videbatur: ut instar sui causam publicam susciperemus. Quo tempore eum nemo vidit quin uberrime fleeret. O diem calamitosum & moestitiẽ plenum quo te amissimus Francisce: & quem amissimus virum. Miserum me atque infelicem quid agam: quid clamem: aut querar/ tali orbatus patre. Miseros etiam tuos omnes ad quos deferebat tam crudelis nuncius mortis tuæ. Sed nos miseriore qui aspectu ipso torquemur/ luctu &

Fortitudo
& constantia eius

Occasio
mortis eius

obitus eius
deploratio

IN FVNERE CARDINALIS FLORENTINI

mœrore confecti. O flebilem fragilitatis humanæ cōditionem; te ne amplius aspiciamus: te ne chare parens amplius videre/audire/colloqui non licebit: Tu ne a nobis tam subito eniperis: O rem mœstam & acerbam intuebor: Intuebor salē dum adest; neq; a te oculi dimouebuntur mei; quoad illud extremū vale dictum erit. Quid ego nunc vōs detestor: mortem acerbam/ & inexorabilem vim fatore: quæ tam impias manus in tam pium virum iniecitis: Vos ne in tanta mole agendorum/ in tanta expectatione rerum/ tam iniquo tempore tantum auxilium nobis eripere potuistis: Vos ne decuit nullorum hominū habere discrimen: Nōne fatius fuerat: cum tot nepharij/ improbi/ seditiosi (quorum magna seges per est cōspiciā) in hoc consilio versarent: qui omnia permisceant ac perturbent: nonne in quā hos omīs fatius erat perditum ire/ ex quorum interitu salus arabat orbis: q̄ hunc virum priuari vita ex cuius incolumitate salus omīs pot. aere videbat: Sed curiam tam lamentationes & fletum: non quidem nostra causa/ quibus perpetuo dolendum erit: sed illius qui hoc exutus concreto corpore & mortali/ cœlitum fruatur consilio. Nam si ampla patuit semper virtuti ad cœlos via: profecto animus sacer atq; immortalis/ omni cultus virtute ad cœlos euolauit: & in numero sedet beatorum. Nunc illud superest ad quod animaduertatis oportet P. C. ut quoniā vir hic optimus in reipublice munere interijt: eum quoq; publicis honoribus decoremus/ qui sint ad nomen posteritatis sempiternū. Et quoniā pompa funeris habet fatis digna non potuit/ propter difficultatem temporū: diligentior habenda est ratio monumenti. Curandum est enim si grati vobis: minus existimari: ut sepulchrum sibi ex publico ere aedificet q̄ magnificum: in quo scribatur breuiariū gestorum eius: prout solitum est fieri his qui pro patria occubissent. Superimponenda esset sepulchro aurea statua more prisorum: cuius in basi esset inscriptum. Parenti patriæ. Sed quia hic mos venit in desuetudinem: satis erit constitui sepulchrum ornaticq; ad modum maiorum nostrorum: cum inscriptione honorifica quæ sit ad honorem ipsius/ & ad imitationem posterorum. Nam q̄uis ipse sibi viuis monumentum extraxerit aere perennius: quod nulla unq; disturbatura sit vetustas: tamen gratitudinis vestre erit: in virum de vobis bene meritum vestri iudicij memoriam extare: ut una cum gloria sua vestriq; officij perpetuo sit fama coniuncta. Quod reliquum est/ vos oro obtestorq; Patres prius: ut illius virtutem imitari velitis in omni vita/ quem tantopere comprobatis. Deinde ut eius memoriam vestris animis defixis perpetuo conferuetis.

Sepulchri
extructio: